



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XX. Quod iudices debent intrare vbi testes degunt, si decrepiti fuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CAP. XX.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & Cistrensi episcopo.*De testibus
senio con-
fectis.

Retulit nobis A. presbyter, quod cum nimia paupertate laboraret, & quidam ex eis qui pro eo testimonium ferre deberent, super causâ quæ vertitur inter eum & aduersarios suos de ecclesia de * Bertonenſis senio fuerint & ætate confecti, & a vestris partibus valde remoti, eos vestro conspectui præsentare non potest. Quia igitur sollicitudini nostræ incumbit, litibus & contentionibus finem imponere, & vnicique iura sua integra & illibata seruare: præsentibus mandamus, quatenus, si ita est, aliquos prudentes viros & honestos, de quibus plenius confidatis, ad partes illas, vbi est ecclesia super qua controuersia vertitur, mittatis, qui testes idoneos ab vtraque parte productos, appellatione remota, suscipiant: & eorum depositiones diligenter conscriptas vobis reportantes, sub sigillis vestris clausas, vt secundum tenorem earundem attestatum causam terminare possitis.

CAP. XXI. *Item Lucius tertius.*

Constitutus in præsentia nostra P. diaconus de Buchan, nobis sua assertionem monstrauit, &c. *Infra.* Præterea illud nobis non modicam admirationem adducit, quod purgationem oblatam accipere noluiſti, nisi prius commendasses nomina singulorum, qui iam dictum P. purgare volebant, & de maioribus & ceteris prius inquireret diligenter, tamquam esses ordinationes facturus. Vtinam sic discuteres ordinandos. Sane in purgationibus faciendis cum satis sit, vt illi qui pro purgando exhibent iuramentum, si secundum propriam conscientiam & opinionem iurauerint, quod purgandus, sit a crimine immunis, & bonum exhibuit iuramentum: si purgatores ab ecclesia tolerantur, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, procul dubio sunt absque vlla indagine admittendi.

CAP. XXII.

Idem Herefordensi episcopo, & abbati de Forde.

Ex parte A. clerici ad nos est querela perlata, quod

ANNO
CXXXII
1179